

inuitam feceris violari virginitas tibi duplicabitur ad coronam. **¶**
 dicendum quod victorinus presbiter ista questione fecit aug. quid sentiendum es-
 set de virginibus defloratis a barbaris. Ad qua sic respondet quod si ipsarum a-
 nimus nulla consensionis turpitudine fuit maculatus tota illa libido facie-
 tis fuit culpa non patientis atque omnis illa violentia non pro corruptionis tur-
 pitudine sed pro passionis vulnere eis deputabitur. quia tantum valet in mente
 integritas ut illa inuiolata nec in corpore possit pudicitia violari cuius mem-
 bras potuerunt separari. Si autem sic dubium de ipsarum consensu post illam violen-
 tam corruptionem rata ipsam habendo et consentiendo per voluptuosam de-
 lectionem puto quod aureola perdidit irreuerabiliter. quia consensus in re
 illam iam factam non potest recuperari nec ex toto de ipso penitere. et dico ex
 toto quia bene potuerunt penitere quod ille consensus vel ratificatio non impu-
 taretur eis ad eternam penam. Quantum tamen ad recuperationem aureole vel
 illius premij accidentalis quod debetur virginibus irreuerabiliter perdidit.
 Si vero sic violenter corrupte postmodum consenserunt in aliqua corruptio-
 ne fienda non in illam iam factam potuerunt ut puto de illo consensu penitere
 non solum ut eternam penam transirent / verum etiam ut recuperarent aureolam
 et premium accidentale virginibus debitum. quia ratificatio non in futurum sed
 retrahitur. **¶** Ad primum ergo est dicendum quod iheronimus loquitur de p-
 ditione virginis per mentis consensionem et carnis corruptionem / que non
 possunt resuscitari post ruinam / quantum ad premium illud accidentale virgi-
 nitatis debitum. Si vero loquatur de corruptione carnis violenter facta in-
 telligitur quod non potest resuscitari virgo quod non sic facta talis corruptio. resus-
 citatur tamen quod illa corruptio sibi non imputetur pro turpitudinis crimine sed pro
 passionis vulnere ut de aug. Quantum ei ad rationem meriti magis debet
 dici corporis sanctificatio quam corruptio. **¶** Ad secundum est dicendum quod delec-
 tatio venerea / cui opponitur virginis castitas accidentaliter importat signi-
 ficaculi virginis violationem / materialiter vero seminum commixtionem. Sed
 formaliter solum voluntatis consensionem. Unde consensu voluntatis non existeret
 virginis numquam perditur nec inuiolata pudicitia mentis amittitur / cum nec in
 corpore possit pudicitia violari / quous membra significaculi virginis possunt se-
 parari. **¶** Ad tertium est dicendum quod non vult aug. illas virgines defloratas
 virginis amisisse si non affuit consensus mentis. Sed de ideo deum illa deflo-
 ratione in eis permisit propter humilitatis persuasionem. unde subdit inferius non
 ablata est in eis castitas sed humilitas persuasa ut fiat quidam morte rapinam
 ne malicia mutet intellectum eorum. ita aliquid ab illis virginibus rapitum est / ne
 prosperitas mutaret earum modestiam.

¶ Questio xxvij **¶** Quo apostolorum prescriptio obseruata est in monachis ma-
 nibus laborantibus